

## **Constantinus M. Signo Crucis Christi In Nubibus Viso, Ad Christianismum Inauguratus**

Rostochii: Prelo Joh. Weplingii, [1703]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003428797>

Druck Freier  Zugang



*phil*  
RU ~~theol.~~ 9.Dez.1703

Weidner, Joh. Joach.

*16*

122





# CONSTANTI- NUS M.

SIGNO CRUCIS CHRISTI  
IN NUBIBUS VISO, AD  
CHRISTIANISMUM INAUGURATUS.

<sup>Quem</sup>  
BONO CUM DEO  
CONSENTIENTE *AMPLISSIMA FACULTATE PHILOSOPHICÆ*  
P R Æ S I D E :

M. JO. JOACHIM WEI-  
D E N E R O,

VERBI DIVINI MINISTRO,  
FAUTORE, PRÆCEPTORE AC HOSPITE SUO OMNI  
VENERATIONE AC OBSERVANTIA COLENDISSIMO,

AD D. IX. DECEMBR. AO. MDCCIII.  
IN AUDITORIO MAJORI, HORIS CONSUEVIS  
MODESTÆ DISQUISITIONI

SUBJICIT:  
BALTHAS. JOACHIM SUHR!

Rhenæ Megapolitanus  
S. S. THEOL. & PHIL. STUD.

ROSTOCHII, Prelo JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC.  
& ACAD. Typogr.

R. u. Theol.

CONSTANTIN  
N. U. S. M.

SIGNO CRUCIS CHRIS  
STI IN HUBIRUS VNO AD  
CHRISTIANISMA

BONO CUM DNO  
CHRISTIANISMA

M. JO. JOACHIM WHE  
D. S.

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

CHRISTIANISMA  
D. S. M. JOACHIM WHE  
IN HUBIRUS VNO AD  
CHRISTIANISMA

FALTIUS JOACHIM WHE  
Rostock, M. Joach. W.

CHRISTIANISMA  
Rostock, M. Joach. W.

## CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

Præfamen Arnoldi sententiam de miraculis applicat & confert cū negato miraculo visæ crucis. Transactionis.

S. I. Causam, cur hæc dissertatio insinuetur, demonstrat.

S. II. Probat quod Eusebio in relatione hujus miraculi fides sit habenda.

S. III. Inquiri: An deliberatio de religione Gentilibus fuerit impossibilis?

S. IV. Applicat decisionem questionis ad Constantinum, quod anxius fuerit cum Mago Maxentio congressurus, quia hæc tantis copiis erat instructus.

S. V. Per instantiam exhibet, quod Gentes & ex hypotesi Arnoldina Bunianus anxietatem experti fuerint, quin quod gentes immediato ducū Sp. S. eleuentur.

S. VI. Monstrat quod in historia specialis specialiora sint quam in generali.

S. VII. Hoc per instantiam ex Protopio & malam citationem Compendii Gothani probat.

S. VIII. An forma crucis apud

gentes jam dum innotuerit & quomodo Constantinus hoc præferri exercitui mendaverit? observat

S. IX. An ante Constantinum in Ecclesiâ venerit usu? & an exinde sequatur, quod calitus non potuerit monstrari? cum instantia de columba obergrossiaca debuit.

S. X. An Juramentum Imperatoris & Circumstantia apud Autores variantes ipsum miraculum tollant?

S. XI. An visio crucis Eusebio potuerit juramento confirmari?

S. XII. In testimonium visæ crucis producitur Gesselius.

S. XIII. B. Obrechtus item;

S. XIV.

S. XV. Magnif. Fechtius.

S. XVI. Confirmantur deducta

S. XVII. De tempore visæ crucis quedam habet.

S. XVIII. Inquiri miracula crucis simbolo adscribenda?

S. XIX. Quid de usu crucis per antiquitatem Gesselius credat? docet

S. XX. Quid Excell. Schurzstelschius, hæc de re credat? exprimit &

Dissertationem absolvit.

### P R Æ F A M E N.



Uod Cl. Arnoldus de miraculis credat, eadem adhuc hodie fieri posse & actu evenisse, hoc non tantum primus rerum omnium Catalogus ad Partem I. & II. der Kirchen-und Reyer-Historie docebit, ubi in Rubro legimus: Wunder sind noch möglich & in nigro Libr. XVII. Cap. IX S. 17. inter

inter Excerpta Anglicani Fanaticismi sequentia axiomata conspicimus:  
Die Wunder müssen mit dem Evangelio verkümpfet seyn / und die das Euan-  
gelium predigen / müssen auch Wunder thun. item : viele Christen hatten zu  
jetziger Zeit ein Erkännuß / als die Apostel / und wenn die Zeit kommen  
würde / da die wahren Kirchen solten aufgerichtet werden / so würden größ-  
sere Gaben und grössere Wunder geschehen / als zu der Apostel-Zeit / weil die  
Kirche damahls nur noch in ihrer Kindheit gestanden. Sed etiam ex Registro  
III. & IV. partis evidentissimè hæc ipsius sententia constabit: Ad rubrum  
enim: Ob die Wunder-Wercke noch möglich? Cap. I. n. ii. scribit: Sie (die  
Orthodoxen) führen diese (des Agidii Bucmanns) seine Wercke als irrig  
an: Sienge diß mit dem Teuffel zu / wenn jemand auff den Meer mit bloß-  
sen Füßen wandelt / so mußte auch Christus der H E R R in Krafft des  
Teuffels auff den Meer eingangen seyn / denn dem Glauben ist nicht / un-  
möglich. Also auch und eben in diesen Glauben / mag ein Mensch der Lufft  
brauchen / daß er seine ganze Worte nicht allein hundert / sondern etliche tau-  
send Meilweges zu seinen Freund trage / und von dannen wiederumb An-  
wort bringe. Es wil an dir und deinen Unglauben nicht gelegen seyn / und  
werden sich die Kinder des Lichtes in diesen und viel andern mehr wunder-  
bahrlichen Fällen der Lufft rechter Arenach / zu gebrauchen wissen / daran sich  
die ganze Welt verwundern wird / &c. &c. Quomodo hoc ipsum con-  
gruè & ad ductum sacrarum literarum nunquam fiat? meum non est,  
ut hoc tempore probem, interea omnis verè credens mirabitur, quæ  
ratio moverit Arnoldum ejusque Sectatores, qui miracula inchoantis,  
ut sic loquar, Ecclesiæ N. T. in suspensionem conjicere dubiaque omni-  
no reddere fuerint conati, nisi forsitan spes instantis fanatici millenarii,  
id quod cunctis seculis dubium cum certitudine ad præsentia coacer-  
varet tempora, in futuri forsitan gaudii vanissimum prænuncium. Cum  
ergo miraculum visæ crucis, quo ipso Constantinus ad instantem quasi  
inauguratus est Christianismus, non tantum Halensibus quondam, sed  
& nunc speciatim in Observationibus suis, sic infestatum, ut plane  
sublatum abs Arnoldo credi potuerit; Hinc operæ duximus pretium,  
si intricatam hanc controversiam illustraremus efaxit verò DEUS  
Noster, ut cuncta feliciter cedant.



E Christianismo CONSTAN-  
TINI publicitus disquirere su-  
pervacaneum ferme credidis-  
sem, cum Plur. Rev. Dn. Cor-  
vinus *Cap. XV.* der gründlichen  
Untersuchung der Kirchen- und  
Käßer Historie Gottfr. Arnolds  
litem omnem contra Cl. Arnol-

dum fregisse, quin consummasse videretur, adeò,  
ut nec in postimis Arnoldinis Schematibus, quicquam  
de Historia Constantinea adversus Dominum Corvi-  
num fuerit præsto; Verùm cum nuper lucem vide-  
rint Supplementa, *illustrationes & emendationes* zur Ver-  
besserung der Kirchen-Historie / ac in istis, ne reliquis  
obiter forsan conspicuis immorer, p. 61. hæc legerim: In  
den IV. Buch und dessen ersten Capittel bin ich wegen des  
grossen Zerfalls der damaligen Christen / *item* we-  
gen Constantini M. und anderer solcher Paradoxen  
puncte, gar nicht der erste / der solche vorgetragen hät-  
te: Sondern ich habe daselbst viele alte und neue  
und zwar bewehrte Autoritates davon angeführet / als  
da sind unter andern von Constantino M. und den  
Zerfall unter ihm Lud. Vives, Rittershusius, Grotius,  
Pufendorfius, Seckendorfius, Valesius, die Historici  
Magdeburgici und andere mehr / der Alten zu geschwe-  
gen. Wie denn auch noch letztlich der Hr. Rath Thoma-  
sius diesen Punct dergestalt vollends aus dem Grunde  
bewiesen hat / daß kein excipiren mehr helfen wird /  
vid. ejus observationes ad rem literariam spectantes  
*Tom. I. Observ. 22. 23. & 24.* Tunc, cum nihil ex toto  
aut emendatum, aut mutatum, sed demum conquisi-

A

tum

tum aliquem consensum deprehenderem, citra omnem præjudicii privatiqve census respectum ad observationem XXIV, quam Arnoldus verbotenus p. 76. seq. l. e. exhibuit, oculos animumqve applicavi, consideraturus, quousqve veritati foret cedendum, fideliterqve è contra servendum.

§. II. Et hic in antecessum observo, quod §. I. jam dum sit resoluta per Dissertationem nostram, quæ inscribitur: Constantinus Legitimus Patris Constantii Successor §. 27. & seqq. Deinde vero §. II. sequentia lego: *De pietate Constantini in Historia dicto Libr. 8. cap. 26. Et ult. nihil aliud prædicat Eusebius, quam quod PATERNÆ PIETATIS erga Christianam religionem VESTIGIA diligenter sit persecutus, eamqve digna æmulatione imitatus fuerit. At de paterna pietate, nihil amplius dixerat, quam quod Christianis Constantius nullo modo nocuerit. (vid. supr. Obs præced. §. I.) Sed in vita Constantini, fabulam de Constantii Christianismo fingere non erubuit, supra d. l. §. III. seq. refutatam.* Conferri poterit Arnoldus in der Kirchen- und Käßer-Historie P. I. l. IV. cap. I. §. 8. 9. Quæ in citatis confunduntur, neglijo, & quod Constantius cœtui Christianorum eximendus sit, præsuppono, quodqve Eusebius alicubi erraverit non inficio: interea tamen cum *Observ. XXII. Tom. I. §. 9 p. 375. hæc ipsa viderim: Convenientius de eo judicat Scultetus Part. III. in Euseb. p. 6. Quam diu Justinum, Origenem, Tertullianum, Cyprianum, Clementem Alexandrinum, aliosqve probata fidei Patres in Historia sua sequitur Eusebius, Historicum agit fide dignum.* Quid ergo

ergo obstaret, si subsumerem: atqvi in sententia de  
Constantii Christianismo Tertullianum sequitur, ergo  
agit Historicum fide dignum. Minorem quidem, nec  
citra omne fundamentum, probo ex Tertulliani libro de  
mortibus persecutorum *Cap. XV. p. 696.* ubi postquam  
crudelia Tyrannorum memoraverat decreta & literas  
ad Maximianum atqve Constantium datas, hæcce tra-  
dit: *Constantius, ne dissentire à majorum præceptis videretur,  
conventicula, i. e. parietes, qui restitui poterant, dirui  
passus est, verum autem DEI templum, quod est in homi-  
nibus, incolume servavit, & statim Cap. XVI. p. 697. Con-  
stantium leparat ex ordine persecutorum his verbis:  
Vexabatur ergo universa terra & præter Gallias, ab ori-  
ente usque ad occasum, iras acerbissima bestia saviebant,  
qvin Cap. XIII. p. 702. Constantinum Sanctissimum  
adolecentem insignivit; tandemqve Cap. XXIV. pag. 710.  
de Constantino Imperium capeffente asserit: Suscepto  
imperio Constantinus Augustus nihil egit prius, quam Chri-  
stianos cultui ac DEO suo reddere. Hæc fuit prima ejus  
sanctio sanctæ Religionis restituta. Annon hæc eadem  
Eusebio præsumptionem satis firmatam dare potue-  
runt sententiæ prolixius postea venditatae de Christia-  
nismo Constantii? Sed maneat inter suspensa decisum,  
placebit interim Excellentissimo Halensium observato-  
ri sæpius postmodum citandus Gesselius cujus de Eu-  
sebio in *Historia Sacra atqve Ecclesiastica & quidem in præfa-  
tione ad Lectorem, hæc est sententia: De Historicis af-  
firmare debeo, unicum tantum primæ antiquitatis superesse  
Eusebium Casariensem, virum doctissimum & diligentissi-  
mum; qui descripsit Historiam Ecclesiasticam trium primo-  
rum seculorum, ex Egesippo, Julio Africano & aliis desum-  
ptam, ad tempora nimirum Constantini. M. & præterea**

*ejusdem Chronicon, cui doctissimas addidit animadversiones  
Scaliger &c.*

§. III. His nunc præviis pergit Exc. Halen-  
sium Observator l. c: *Sed in vita Constantini, post-  
quam fabulam de Constantii Christianismo fingere  
non erubuerat, — non erubuit etiam, de liberationem  
seriam Constantini in scenam producere, quam religio-  
nem sequeretur, donec se determinaverit, quod DEUS  
UM, quem Pater sanctè adoravisset, solum cole-  
re & observare voluerit. in vita Libr. I. c. 20. Un-  
de Nizephorus haud dubiè suam recitationem hau-  
sit libr. VII. c. 29.* Sed, an disquisitio de vera reli-  
gione apud Gentiles non obtinuit, aut impossibilis pla-  
nè fuit? Annon Theologi nostri, quorum eqvidem  
decisa hodie non scrutabor, quando de instinctu naturæ  
deque notitia agunt & insita & acquisita omni conami-  
ne monstrant, quod DEUS ipse post lapsum adhuc de-  
terminaverit naturam, ut ad cognitionem tandem sa-  
lutiferam possint transire gentes & increduli? fori  
non est mei, ut explanem, quid recentiores nostrati-  
um ad Textum Rom. VIII. 19. seq. solidissimè monstra-  
runt, nec item pagellarum præsentium fert status, ut  
anxietates, dubitationes ac disceptata gentilium ex Hi-  
storicis eruam, certè immentum exhiberem cumulum  
dictorum actorumque, ex quibus partim vota, partim,  
si philolophicè loqui licet, velleitates Ethnicorum deduci  
ac confici possent, ut conspicuum evictumque tandem fo-  
ret, quod anxii fuerint de salute & inter cultum Deorum  
vulgarem dubitaverint non tantum, sed & de salute  
sua desperaverint. Quo vel unicum adjecero, illudque  
plane

plane memorabile exemplum, tum consideret demum  
vir prudens ac liber à præjudicio, quid evenerit Julia-  
no Apostatæ, quando infernalis *μυριόβουτος* infidiis ad  
gentilismum delabebatur, nonne gravatum curis ac an-  
xietatibus ab illisq; tandem vana persuasione liberatum  
exhibent verba, quæ legimus Orat. V. in matrem Deorum  
p. m. 174. B. & seq. Ubiq; postquam controversias de  
cibus tetigerat, sic fatur: *Cum hac ego mussitantes plerosq;  
sepius audierim, imo & ipse quondam usurpaverim; solus  
nunc ex omnibus maximam Dominis Diis videor, cum uni-  
versis, tum Deorum præcipuè matri, debere gratiam; Non-  
solum propter cetera eius in me benefacta, sed etiam ob  
illud singulare, quod me sic tanquam in tenebris vagantem  
minimè neglexerit, sed imprimis abscindi jussit: non corpo-  
re quidem ipso; verum in expertibus rationis anima motibus  
& incitationibus, quæcunq; intelligibili & animarum nostra-  
rum præfidi causa supervanea sunt & inutilia. Deinde certas  
menti meæ rationes immisit, quæ ab vera, sed & religiosa de  
Diis scientia fortasse non penitus abhorrent. Quadrant  
horsum ea, quæ exhibuimus in Dissertatione, cui Titu-  
lus; Julianus ex historicis genuinis verè Apostata §. in spe-  
cie 21. & seq.*

§. IV. Cum hoc ipsum satis sit clarum, quis  
ergo dubitaret, an Constantino eadem, vel minimum  
similia obtigerint? decertandum erat contra Maxenti-  
um magum dæmonumq; scrutatorem, de quo Eusebi-  
us Lib. I. de V. C. cap. XXXVI. p. 425. D. scribit: *Tandem  
verò Tyrannus sceleribus suis quasi quoddam fastigium, ma-  
gica artis præstigias imposuit, nunc mulieres gravidas disse-  
cans, nunc infantum recens in lucem editorum rimans vi-  
scera: Leones quoque interdum mactans, & quædam ne-  
fanda peragens (sæva ad Dæmones evocandos, & ad bellum,*

quod jam instabat, depellendum. His enim artibus vltoriam se adepturum sperabat. Quod nec Zosimus ipse diffiteri videtur, quando enim belli hujus frivole suscepti memoraverat progressum, tunc lib. II. cap. XVI. p. 150. addit: *Maxentius inclusus, Diis hostias immolat, & existitopes de belli eventu consulit, ipsis quoque Sibyllinis oraculis pervestigatis. Cumque reperisset Oraculum, quo significaretur, in satis esse, ut, qui ad detrimentum populi Romani spectantia designaret, miserabili morte periret: De semetipso id accipiebat, quasi qui Romam adertos, eamque capere cogitantes, propulsaret. Eventus autem comprobavit id, quod verum erat. Cum ergo Dæmones furiales, quos Ethnici averuncatorius & piacularibus sacris conciliare solebant, ubique metuerentur. Vid. Dionysius Halicarnassensis Antiq. libr. V. p. m. 320. ex Porphyrio enim libr. II. de Abstinentia & libr. II. de Sacrificio: Dæmones scilicet maligni spiritus effuso sanguine gaudent, turpibusque & obscænis verbis. Item Pharmaca Philerag, administrant: ad libidinem, vitium, flagitium hortantur, Deosque & DEum ipsum summum his gaudere suadent. Denique defunctorum animos simulant, & Deos ipsos mentiuntur. & vero metus sit mali cujusdam futuri suspiciosus cruciatus, quis ergo Constantino verteret in malum? aut dubitaret hæc eadem ipsi contigisse? Præsertim cum adhuc accedat horrenda Maxentii potentia, cujus exercitum Zosimus cum Constantineo sic contulit libr. II. Cap. XV. p. 147. f. Constantinus autem, qui hominem & antea suspectum haberet, tunc magis ad gerendum adversus eum bellum se comparat: Ideoque collectis copiis ex reductis in potestatem barbaris, & Germanis & aliis Celticis nationibus, itemque de Britannia coactis militibus, qui omnes erant ad nonaginta millia peditum, & octo millia equitum; ex Alpibus in Italiam movet. Cum Maxentio, longè majoribus copiis se instruente, Romanorum & Italarum octoginta millia se ad belli*

belli societatem coniunxerant, itemque Thufci, quotquot universam  
oram maritimam incolebant. Præbebant & Carthaginienses exerci-  
tum quadraginta millium, & præter hos Siculi: adeo quidem, ut totus  
exercitus, centum & septuaginta pedum & decem atque octo mili-  
bus equitum constaret. Quoniam ergo nos omnia tum ve-  
nientia, metu, tum merore præsentia augentes, rerum  
naturam, quam errorem nostrum damnare malimus,  
Cicero 5. Tusc. quæ igitur causa, quare Constantinus  
non potuerit, inter tot formidabilia cruciari?

§. V. Et speciatim, cum notitia gentilium hor-  
rendis subsit dubitationibus, videatur demum ex in-  
numeris Cicero 1. Tulculanarum sub Persona Antonii;  
Annon & princeps noster æqualia potuit experiri?  
Langius in polyarchea Tit. Religio p. 993. hæc refert: *Cum consu-  
lerent Athenienses Apollinem Pythium quas potissimum religiones  
tenerent, oraculum editum est, eas quæ essent in more majorum:*  
*quo cum iterum venissent majorumque morem dixissent sape esse mu-  
tatum, quæstissent quoque, quem morem potissimum sequerentur è variis,  
respondit, optimum.* Annon tunc æternæ citra revelatum Dei  
verbum foret disquisitionis: quisnam sit inter mores  
optimus? Et quales optimum istum revera possideant  
morem Deoque placitum cultum? Denique unum e-  
xemplum Buniani per instantiam afferam, quo cum  
gemina ex Arnoldinis schematibus ubique prostant;  
memorat in vitis Patrum p. 830. & seq. Clarissimus  
Arnoldus hujus viri fata. Faretur autem iste Bunianus  
de semet p. 835. sequentia: *Ich war erfüllet mit aller  
Ungerechtigkeit / die auch so starck in mir wirket / und  
sich hervor that / beydes im Herzen und Leben / selbst  
von der Kindheit an / da ich wenige gleiche hatte / nach  
meinen zarten Jahren zu rechnen / in fluchen / schweren /  
Lügen / und Gottes Nahmen lästern. Ja ich war in  
diesen Dingen so gewurhelt und befestiget / daß sie als  
meine*

meine andere Natur wurden ; Quid autemde DEO  
venditat ? statim subdit : Diß mißfiel so den HErrn/  
daß er schon in meiner Kindheit mich heimsuchte und  
schreckete mit gräulichen Träumen und schändlichen  
Gesichtern. Denn oftmahls/nachdem ich einen Tag  
vor/ den andern nach / in Sünden zugebracht / ward  
ich in meinen Bette im Schlaf hart angegriffen mit  
Anfallen der Teuffel und bösen Geister / welche stets/  
wie es mir vor kam / mich trachteten weg zu führen /  
und ich konte ihrer nicht loß werden. Zu dieser Zeit  
ward ich auch sehr gequälet und geängstiget mit Nach-  
denckung der schrecklichen Höllen-Pein / und steter  
Furcht / daß mein Theil noch einmahl seyn würde un-  
ter den Teuffeln und Höllen Bränden / welche mit  
Ketten der Finsternuß gebunden werden biß an den  
grossen Tag des Gerichtes. Dieses/ sage ich / drückte  
meine Seele also/ (da ich noch ein Kind von neun oder zehn  
Jahren war) daß ich oft in meinen besten Spielen und  
Kindischen Eitelkeiten und mitten unter meinen Com-  
panen damit hart angegriffen ward. Und doch blieb  
ich in meinen Sünden. *Æqualia per totam histori-*  
*am Buniani illucescunt : Si nunc Christianus impius*  
*ac irrogenitus, iram ac vindictam DEI præ gentibus*  
*promerens, nihilominus hanc extraordinariam habe-*  
*re potest gratiam, quis disputaret ex ordine Arnoldi-*  
*no hanc Constantino gratiam ? præprimis cum Clar.*  
*Arnoldus Christianis Doctoribus Seculi. II affingere vult*  
*in der Kirchen- und Käßer-Historie part. I. Libr. II. Cap.*  
*V. S. 7. Daß sie auch den scoönen Heyden einige Erklänt-*  
*uß Christi beylegē/ ungeachtet sie kein außserliches Wort*  
*davon gehabt / und folglich durch unmittelbare Eröff-*  
*nung diese Geheimnisse müssen gefasset haben. Certè*

ex

ex hypothefi hac fanatica potuit Constantinus delibe-  
rationem feriam de Religione instituere & femet deter-  
minare, ut Deum, quem Pater lanctè adoraviffet, folùm  
colere & obfervare voluerit. Sed fatis de talibus.

§. VI. Nunc verò tandem de figno cælitus Principi no-  
ftro dato §. hanc III. adjicit: *De figno crucis Con-  
ftantino in Cælo apparente, res infantibus & pueris  
nota eft. Sed quid & iftud in recessu habeat,  
videndum. Euseb; in Hift. Libr. IX. cap. VIII. de  
Constantini pugna contra Maxentium id faltem  
memorat, quod D E V M Cæli, verbumque ejus  
Jefum Christum auxilio fibi fore precibus obnixè  
obteftatus iverit ad verfus Maxentium, quodque  
post victoriam confestim falutare fignum crucis  
feu trophæum fervatoris in manu propria fua fla-  
tue & imaginis collocari mandaverit, cum infcri-  
ptione: Hoc falutari figno, vera fortitudinis in-  
dicio, noftam civitatem tyranni jugo liberavi. Quid  
igitur putas? fi fignum crucis Constantino in cæ-  
lo apparuiffet, an id Eusebium in Hiftoria omife-  
furum fuiffe credis? (Conferatur H. E. Goth. L. II. C. 3.  
p. 3. §. 3. p. m. 292.) Adjici poterit Arnoldus l. c. p. 134.  
r. 56. ubi hæc multa que fabulis coæva tradidit, quibus  
obicem jam dum pofuit Corvinus in der gründlichen  
Untersuchung Cap. XV. §. 39. feq. Admiratus fum cer-  
tè, dum hæcce scrutaturus, confequentiam hanc pro-  
niffimo nexu eruerem: Si Eusebius in Hiftoria gene-  
rali omittit, quod fignum crucis in cælo apparuerit,*

B

tunc

tant, quando hoc ipsum in historia speciali de vita  
Constantini M. memorat, istud est falsum  
non possum, quin verba Rev. Corvini adjiciam, quæ  
ad idem Arnoldi dubium C. XV. der gründlichen Un-  
tersuchung S. 40. p. 240. solide satis exhibuit hoc qui-  
dem ordine: Was ist es doch vor eine Folgeren/  
weil Eusebius in seiner Historie mit keinem Worte der  
Erscheinung dieses Kreuzes / gedendet / so ist bedenk-  
lich / ob es auch wahr sey. Eusebius hat in seiner Kir-  
chen-Historie / nicht alle und ieder sonderliche Begeben-  
heiten / mit Constantino so wol / als auch vielen andern  
specificiret / als welches / da er solche geschrieben / sein  
eigendlicher Zweck nicht gewesen. Genug ist es / daß  
er solches in seinen andern Büchern gethan / da er ihm  
ausdrücklich vorgenommen das Leben / und die Tha-  
ten Constantini, ausführlich zu beschreiben / darin er  
diese Begebenheit mit den ihm am Himmel erschiene-  
nen Kreuze / mit allen Umständen / und zwar wie es  
ihm Constantinus selbst erzehlet / und noch darzu mit ei-  
nem Eidschwur bestätiget beschreibet / davon er viel-  
leicht zu der Zeit / als er die Kirchen-Historie geschrieben /  
noch keine recht gewisheit gehabt / und also besser gethan /  
daß er nichts / *speciales* davon gemeldet. Inzwischen so  
geben dennoch die Umstände / die er auch daselbsten  
anführet / nicht undeutlich zu erkennen / dz er zum wenig-  
sten auff diese Erscheinung sein Absehen richtete / &c.  
his ipsis verò subdo decisum B. Bœcleri in dissertatione  
quæ inscribitur: Historia Principum Schola, quod S.  
II. Cap. II. ita sonat: *Ante omnia Historia universalis  
hic est facienda mentio, id est rei, quam commendant omnes,  
nemo exhibet. Palmarium prudentia Civilis presidium haud  
dubiè in eo reponitur, si, quæ rerum in universo orbe fa-  
cies*

cies, connexio, consecutio, progressus, ab initio usque ad ætatem, qua dividitur, fuerit, liquidè & ordinatè teneatur. *Intelligenda est autem hæc cognitio, sicut in chartis universi orbis typus depingitur: ubi plurima de singulis prætereunda sunt, ut universi formam complectamur.* Item Excell. Schurzfleilchii, qui dissertatione XXX. de Wittekindo Magno lit. h. ad §. VI. inter plura scribit: *Sæpe pretereunt Historici quadam, non quod negent, sed quia, ut se res dant, alio flectunt stylum.*

§. VII. Per instantiam interim ac memorabilem caturum res forsan fiet clarior. Notus est Historicis Procopius, scripsit is seculo VI. De bello Persico, Vandalico, & Gothico inque recensitis expeditionibus, Cæsarium dedit satis prolixam commemorationem, adjecit tandem *événdom*, sive historiam arcanam, circa quam Cl. Arnoldus Part. 1. der Kirchen- und Reher-Historie libr. V. Cap. III. §. 6. præcep hocce attulit *judicium*: *Um meisten verdreust vielen nur seine gerade Bekäntnuß / daß er in der Historia Arcana das Lob des Käysers wiederruffen / und Iustinianum mit seinem Hoff auffß deutlichste abgemahlet / und die Greuel selbiger Zeiten / wie sie sich hinter die Orthodoxie verstecket gehabt / alle ohne Ansehen der Person und zwar mit Anruffung vieler Zeugen erzehlet hat: Wobey die äusserste Bosheit seine Reden wohl entschuldiget.* Potuit forsan Caveus per genuinam veritatem firmare decisum suum, quod Seculo Eutychiano p. 283. de hac Historia sic legimus: *In ea Procopius summa non tam audacia dicam, quam mentiendi & calumniandi prurigine turpissima & inaudita hætenus scelera Justiniano Imperatori aliisque affingit: adeo ut nullo alio sine eam scripsisse videatur, quam ut optimi Principis aulam, tanquam Diabolorum lernam, orbi invisam redderet.* Tan-

ta qvinctiam in ea ubiqve scaret fortiter condiciandi libido,  
tanta mendaciorum inbecundia, à solita Procopii gravi-  
tate alienissima, ut suppositivum esse opus & Procopio fal-  
so inscriptum Viri doctissimi opinati sint. Sed etiamsi li-  
tem hanc meam haud fecerim, an feret Cl. Arnoldus,  
ut dicam: Von dieser Sache / welche Iustiano und  
den Orthodoxen den grösssten Schimpff machen könnte /  
ist gleichwol bedenklich / daß Procopius in der Histo-  
rie mit keinem Worte dran gedencket? Eadem vale-  
bunt si forsan Anedota Varillafii, Historiam Pufen-  
dorffii generalem cum specialibus Brandenburgicis &  
Suecicis, aliasqve Historias universales cum particula-  
ribus conferamus. Adjicitur autem ab Exc. Halen-  
sium Polyhistore Compendium Historiæ Ecclesiasticæ  
Gothanum, ut probet citra dubium, qvod Constan-  
tinus non viderit crucem in cælo, aut etiam qvod non  
fuerit cruciatus de religione sectanda. Sed nil mi-  
nus ibidem depredi; auguror eqvidem, qvod ad notas  
§. 3. respexerit, ubi scribitur: *Fabula sunt, quas de du-  
bitatione Constantini in eligenda religione, deqve convocatis  
Romam Judæorum Sacerdotibus 130. accersitis etiam Christia-  
norum Episcopis 24. quibus præfuderit Sylvester, ad exploran-  
dum, utra religio melioribus niteretur fundamentis, deq;  
miraculo Sylvestri, aurum in medium adducentis, & in susurra-  
tione in aurem necantis vitiqve continuo restituentis Niceph.  
libr. VII. c. 36. Marianus Scotus I. Conc. & Zonaras tom. 3.  
nugati sunt.* Sed quis non videt, qvod à dubitatione tot  
fabulosis circumstantiis perdita, ad probatam ac sim-  
plicem disquisitionem nulla sit consequentia.

§. VIII. Pergit verò novumqve argumentum  
profert Exc. Polyhist. contra crucem cælitus Constan-  
tino monstratam his verbis: *Et notat Casalius de*

*anti-*

antiquis Christianorum ritibus; signum etiam  
gentilibus fuisse usitatum, neque saltem denotasse  
xp̄i nomen, sed aliorum quoque qui à x.  
E. inciperent. Eadem habet Arnoldus p. 134. §. 5.  
cujus iniqua carpit attentata Corvinus l. c. §. 41. Sed  
quis negaverit, quod laborum vel forma crucis ante  
Constantinum M. ejusque visionem innotuerint? *Rene*  
*ipsam, ut cum Malvenda libr. IX. de Anti. Christo C. XXVII.*  
loquar & penè formam Labari extitisse jam apud Roma-  
nos multò ante tempora Constantini M., & sciunt omnes, &  
figura ipsa Labari, quæ in diversis lapidibus sculpta, & in  
nummis excusa hodieque extant, facillè ostendunt. Apud  
Hubertum Golzium, aliosque Numismatum collectores, visun-  
tur numismata diversorum Consulum tempore Reipublicæ, C. J.  
Casaris, M. Antonii Triumviri & Hadriani Imperatoris  
cum expressa Labari figura. Est hastile oblongum ac teres,  
cui in superiori parte hastula transversa affigebatur, ex qua  
velum rugis aliquibus contractum dependebat. Exhibent  
quoque nonnullas ejusmodi Labarorum effigies Pamelius in-  
notis ad Apologeticum Tertulliani, Cap. 16. Lipsius libr. IV. de  
militia Romana Dialogo V. Godeschalcus Stewechius Commen-  
tariis ad Cap. IX. libr. III. Vegetij de militari, & ad Cap.  
XVII. Lazarus Baysius de re navali, & idem Stewechius ad  
Cap. II. libr. III. Vegetii ex numero L. Veri Imperatoris, de-  
scripserunt speciem Liburnica, in qua est Labarum cum distin-  
cta & perspicua cruce in summitate. Erat ergo jam ante  
Constantinum vexillum illud Romanum. Insignis & expressa  
cruis imago, quod & omnes fatentur. Adponit ibidem  
citatus Malvenda. Iustini Martyris Apologiam 2. ad  
Antonium pium Imperatorem, p. 90. Tertullianum  
Apologetici Cap. XVI, Minutium felicem in Octavio,

ubi simul ex Festo, Scaligero, Nonio Marcello, Varrone & Isidoro monstrat, quid fuerint *Suppara* vel *Syppara*; item ex Turnebo, Francisco Junio, Fungero aliisque, quid denotaverint Cantabra? Adjicit autem pag. 122. *Ceterum Constantinus M. vexillum ejusmodi, dependentis veli ex basta transversa, conto affixa, quod crucis effigiem utcumq; referebat, plenius & perfectius in formam crucis expressit, ex ejusmodi divina plane & admirabili occasione, quam Eusebius in ejus vita libr. I. Cap. 12. & seqq. exquisitè refert.*

§. IX. Nec verò hoc tantum concedi potest, quod gentiles rudem crucis formam expresserint, sed insuper quoque constat, quod ante Constantini tempora signa crucis, ritusque formandæ crucis inter Christianos innotuerint, verba faciet hac de re solidissima Excell Schurzfleischius, de primo Christianorum Imperatore §. 11. *Sed quã nego, inquit, veram Christi crucem ab Helena fuisse repertam, tam affirmo crucis figurandæ ritum diu ante Constantinum invaluisse, eumque veteres Christianos sine cultu, quem sancit religio, sineque superstitione usurpasse. Vid. Tertullianus in libro adversus Gnosticos, & Scorpiacum inscribitur Cap. I. quod documentum est, sec. III. quo ineunte vixit adhuc scripsitque Tertullianus, illum exprimendæ effingendæque crucis ritum fuisse usitatum.* Addit verò statim Exc. vir, quod demum post tempora Constantini in loco publico cruces sint collocatæ item conservatæ ac tandem adoratæ. Quid jam verò conexio ista valebit: *Quodcumque signum gentilibus sub rudi forma iamdum fuit cognitum, & à Christianis in memoriam crucifixi adhibitum, illud Constantino cœlitus non potuit monstrari, aut quando cœlitus monstratum venditatur, ad fabulas debet referri.* Instantias millenas tradere possem, unica interim spatii causa sufficiet. Refert Arnoldus  
dus

aus in der Kirchen- und Käher-Historie Part. III. Cap.  
XXIII. s. 8 seq testimonia pro Joh. Warnero data, quæ  
visiones ipsius comprobant autoremque exculpant,  
scribit autem is ipse: In der Beschreibung etlicher  
Visionen Anno 1639. heraus gegeben p. 7. 8. Es schwe-  
bete ein helles / schönes / weisses Täubigen aus dem  
Licht der Sonnen und ließ sich an einen feurigen Strahl  
nebst der feurigen Seule hernnter / und hielt stille in  
hellem Feuer an meinem Munde: der Mund ward  
mir auffgethan als durch einen Menschen / als wenn mit  
zween Finger mir die Zunge wäre ausgestreckt; das  
Täubgen schwebete gar nahe an mir und biß mit sei-  
nen Schnäbelchen an meine Zunge / und war gleich /  
als wurde ich mit weicher Baum-Wolle angerühret /  
aber mit dem Leibe / mit den Flügeln und Füßen rüh-  
rete es mich nicht / sondern stand in feurigen Strah-  
len / und brüstete sich auff an der Brust / wie eine na-  
türliche Taube / die ein junges mit Eßsen füllet / und  
bließ mir Oden ein eine lange Zeit / der Oden schmeck-  
te in meinem Munde / als ein Honig / aber im Her-  
zen versammlete sich aller Oden / welcher mir einge-  
blasen war / und brennete bey mir wie ein Feuer /  
welches ich nicht wol ausstehen konte &c. Quid fieret  
mihi, si irritarem crabrones, diceremque: Weil schon  
ehe Tauben erschienen seyn / so ist diese Erscheinung nicht  
wahr / und wer sie von Warnero saget der *faburiret*.  
Sed satis superque satis de his. Videri nihilominus po-  
test B. Pfeifferi freyhüthiges Theologisches Beden-  
cken von der Taube in Dorffe Ober-Krossen.

§. X. Sed credit. Excell. Halensium Polyhi-  
stor, quod Argumentam istud satis quidem fuerit ar-  
duum, perguit enim: *Ipse Eusebius hanc objectio-*

*nem*

nem sensit. Quapropter in vita Cap. 22. Magna cautione praefatur, rem admirabilem esse, & vix credibilem, nisi Imperator ipse sed longo tempore post ipsi eam narresset, & iuramento confirmasset. Et statim, ac si aureum tetigerit Scomma subjicit: Sed non ex arte mentiri didicit Eusebius, cum statim subjungat: Constantinum tempore promeridiano crucis signum & lucis splendore figuratum in ipso caelo soli imminens vidisse, inque eo inscriptionem consignatam verbis istis: in hoc vinces. Propterea & imperatorem & totum exercitum, qui hoc prodigium vidisset magna admiratione fuisse compulsum. Non equidem oppo-  
nam variationem reliquorum, & quod Sozomenus referat, angelos adstantes dixisse: In hoc, O Constantine, vinces. Zonaras vero tom. III. fol. 1. & Nicephorus libr. VII. Cap. XXIX. narrent, stellas aequales latinis literis istam inscriptionem expressisse. Posset enim pro Eusebio rege-ri, illi, tanquam coaero scriptori plus fidei tribuendum esse, quam reliquis. Saltem illud urgeri licebit: Si totus exercitus prodigium istud vidit, quo pudore Eusebius potuit pretendere tanti prodigii in vulgus notissimi ignorantiam, quo colore poterit persuadere lectori, id ob incredibilitatem debuisse ab Imperatore iuramento confirmari? Aequale praedudicium habet Cl. Arnoldus p. 134. §. 6, quod detexit

detexit Corvinus l. c. pag. 241. §. 42. Medium eximam prius punctum, ubi prudenter Arnoldus à Parastata, corrigitur, quod nempe coævo scriptori plus fidei tribuendum sit, quàm reliquis recentioribus ac novellis, quibus apponerem, quod dissensus in circumstantiis factorum, ipsam rem ipsumque factum nequeat evertere. Optimè Dominus Eisenhardt; *de fide Historica cap. 7. §. 21. p. 79.* Everhardum commendat, quod tradiderit: *rationem judicandi inter diversas Historicorum de eodem vel facto, vel circumstantia facti traditiones, & ex his id, quod verosimilius est, eligendi.* Videantur exempla per totum § & Cap XI § 9. p. 135. & 136. Dominus Eisenhardt accuratissimè observavit, quod *multi Germanicarum, cum primis rerum scriptores, illa historia scribenda peritia non fuerint instructi; nonnulli etiam commentarios suos fabulis oneraverint, & alii, quod pessimum, geminos scriptorum codices falsaria manu corruperint, hincque tantam caliginem & incertitudinem, in multis magni momenti rebus antiquis nostram ætatem premere & §. 11. p. 137* judiciosissimè tandem scribit: *Historicum pluribus seculis remotum ab eare, quæ ab ipso ut gesta narratur, si vetustiore narrationis suæ testem nullum habeat, contemnendum, & narrationem ejus in album fabularum referendam esse, & per politè adjicit: Si autem Historicus habeat ejusmodi testem, producere, eum oportet & fide dignum ostendere; Sed quamvis testem idoneum non allegaverit, si tamen allegare potuerit, hæcenus quoque fide dignus est: dummodo ostendi possit, idem ab hoc recentiori traditum, quod antiquus ille testis fide dignus suo testimonio demonstravit.*

§. XI. Nunc instantiam ac objectionem Exc.  
Polyh. soluturus, formalem hanc pace ipsius eruo con-

C

nexio-

nexionem : Quodcunque prodigium totus exercitus vidit, illud abs Eusebio non potuit ignorari, aut etiam adeo incredibile haberi, ut juramento confirmaretur. Atqui prodigium visæ crucis. &c. Possem cum Corvino, l. c. §. 45. dicere : Worin reimet sich denn Eusebii Vorgeben nicht zusammen? Er jaget ja nicht / daß es so gar seltsam und unbekand gewesen / wie ihm Arnold antichtet / sondern sein Zweck ist nur dieser / dem Leser allen Zweifel zu benehmen / den er etwan möchte fassen / wenn es nur bloß auff das Zeugniß eines oder des andern ankäme / der damahls unter der Armee sich befunden / und es mit angesehen ; hingegen die Sache so viel glaubwürdiger zu machen / mit dem Zeugniß des Kaisers selbst / der es ihm nicht erzehlen und mit einem Schwur bestättigen müssen / wie Arnold schreibt / sondern solches in einer freywilligen Erzehlung und Bestättigung / da es vielleicht die Niede gegeben / gethan hat / &c. &c. Sed penitentur demum sequentia, & forsán adeo non manebit absurdum, quod Eusebius ignoraverit, dubitaverit ac incredibile forsán credidisset, nisi per Imperatorem fuissent confirmata talia : Erat Eusebius palæstinus & quod præsumitur Cæsariensis, tempore Pamphili Præceptoris ibidem degebat, post Martyrium verò ipsius consummatum, forsán A. C. CCCIX. Tyrum secessit ; Inde Ægyptum petiit, & postea iterum Tyri cum encænia habita sunt Ecclesiæ, quam Paulinus ibi ædificaverat, orationem habuit, quia simul decennialia Constantini celebravit. Vid. Caveus Sec. Ariano pag. 91. vixit ergo in locis ab Italia & Alpibus remotissimis ; jam verò visio crucis contigit

contigit Constantino Italiam ingressuro, & exercitus,  
qui cum Constantino prodigium hocce vidit, superato  
Maxentio, Germaniaq; repetita barbaros domavit, po-  
stea etiam continuo cum Imperatore in Italia ac occiden-  
talibus oris mansit; Licinius enim Orientem mode-  
rabatur, & A. C. CCCXXV. demum necatus, Ori-  
entem quoque consummato ac absoluto Imperio Con-  
stantiniano cedebat regimini; Ex his ergo sequitur, quod  
cum Constantinus tempore etiam Imperatoriae dignita-  
tis Orientem non petiisse ante bellum cum Licinio lega-  
tur, qui alias in juventute cum Diocletiano Palæstinam  
viderat teste Eusebio Lib. I. de vita Constant. M. cap. XIX.  
cumque nec Eusebium Italiam visitasse, ullibi con-  
stet, hic favorem demum Imperatoris aucupaverit circa  
vel paulo forsan ante tempus Concilii Nicæni, & sic duo-  
decim, vel adhuc pluribus præterlapsis annis, post-  
quam visio cœlitus Constantino fuerat data. Certè  
si in Palæstinis degenti post tot annos referretur, quod  
in diffitis Alpium Italicarum finibus DEUS noster Eth-  
nico ac Gentili, vel etiam alii Principi cœlitus dede-  
rit victoriæ signum per crucem in nubibus apparen-  
tem; quis in malum ipsi verteret, quod tale quid igno-  
raret, aut non cunctis circumstantiis sciret? quis car-  
peret, si forsan dubitaret & juramento confirmatam  
vellet relationem? crediderim ergo, quod non qui-  
dem ex arte mentiri, sed compositè veritatem profite-  
ri didicerit Eusebius, quando de signo crucis abs omni  
exercitu in ditionibus Alpinis viso, cum sibi gratio-  
sissima relatio per ipsum fieret Imperatorem, post tot  
annos, in tam remotissima provincia, ipsoque ex remo-  
tiori adhuc accedente, ita commentatur: *Quod si*

C 2

quiaens

quidem ab alio quoque diceretur; haud facile au-  
ditores fidem essent habituri. Verum cum ipse  
victor Augustus nobis, qui hanc Historiam scribi-  
mus, longo post tempore, cum videlicet in ejus notis-  
tiam & familiaritatem pervenimus id retulerit,  
& sermone sacramenti religione firmaverit; quis  
posthac fidem huic narrationi adhibere dubitabit?

S. XII. Produco in confirmationem veritatis  
istius, quod sc. crux revera apparuerit, Trigam Ex-  
cellentium supraque laudem positorum virum. Unus  
est GESSELIUS in Hist. Sacra & Ecclesiastica p. 371. ad A.C.  
312. ubi haecce tradit: Constantinus jam Imperator in  
Galliis haecenus commoratus, dum bellum parat, etiam de  
eligendo DEO deliberat. Et cum mens ejusmodi cogitatio-  
nibus occupatur, vidisse Constantinum scribit Eusebius pau-  
lo post meridiem in caelo signum crucis, ex lucis splendore  
formatum, soli imminens, cum horum verborum inscriptione:  
In hoc vince; idemque ab omni exercitu conspe-  
ctum, (litteras fuisse aureas apud Surium dicit Artemius,  
Romanas s. Latinas Philostorgius Eccles. Hist. Lib. 1.) &  
postea dormienti Constantino apparuisse Christum cum eo-  
dem signo, & monuisse ut eo tanquam praesidio in praeliis  
uteretur. Et addit Eusebius, se hac juramento confirmata  
ex ore Constantini Imperatoris audivisse, & postmodum labarum,  
quod erat signum castrense universi exercitus, cui nomen  
Christi inscripserat & signa millaria & omnia arma  
signo crucis fuisse ornata. Eusebius de vita Con-  
stantini Lib. I. cap. 22. 23. 24. 25. 26. & Lib. 2. cap. 7. 8. 9. 21.  
22. & Histor. Eccles. L. 9. cap. 9. Socrates Lib. 1. c. 1. Sozo-  
men. L. I. cap. 3. cujus tamen non meminerunt scriptores Gen-  
tiles, ut recte observavit Baronius, Vid. Jac. Gotthofredum  
ad Philostorgium.

S. XIII.

s. XIII. Alter fit B. Obrechtus in fragmento de Constantino M. p. 51. seqq. Imperatorem verò ipsum, inquit, circa tanti belli apparatus occupatum, & suas hostisque vires diligenti estimatione pensitantem, multa secum, plura sollicitum reddebant. Totiens experta militum suorum virtus, felicitas perpetua, & cause sue iustitia, ab altera parte hostium multitudo & fortuna inconstantia metueda animo obversabantur; Quo accedebat terror Maxentii, qui vires & potentiam suam ferebatur magicis artibus atque Dæmonum societate munitisse: contra quæ omnia nullum nisi à divino Numine & ex cælo auxilium, firmum aut efficax præsidium sperari posse agnoscebat. Talibus cogitationibus accuris anxius, cum iam copias suas ad expeditionem Italicam itineri paratas esse iussisset, repente omnem metum, divini favoris certissimo indicio accepto, dispulit. Sursum enim spectanti ei, supra solem, iam occisum versus inclinantem signum crucis apparuit, magna luce corruscans, cum adscriptis literis latinis: In hoc vince. Quod prodigium toto exercitu spectante observatum varieque acceptum est, Christianis latum id esse atque victoriam haud dubiam prænunciari adfirmantibus, Gentilibus verò contra funestum omen averfantibus. Imperatorem verò nox secuta omni dubitatione liberavit: adstantem enim per quietem Christum Dominum visus est videre, jubentem, ut simile signum ei, quod in cælo conspexisset, fieri exercituique suo præferri curaret, salutem & victoriam semper illius partibus allaturum. Hoc somnio latus, orta luce, statim advocari Christianos Doctores iussit, & Christiana doctrina mysteria explorare & discere cœpit: artificibus quoque accitis, ipse monstravit, quomodo auro lapidibusque prætiosis signi illius cœlestis figuram ac fulgorem exprimerent.

§. XIV. Addidit statim iudicium suum p. 53.  
scribens : Non ignoro, nostro presertim seculo, post tan-  
tam fingendi quidvis audaciam, quae antiquis temporibus  
fidem detraxit, omnia curiosius excutere, & quae aliquam-  
saltem cum fictis miraculis similitudinem habent, eodem sta-  
tim censu haberi solito, non paucos futuros, qui credulitate à  
me securiusque isthac tradita arbitrabuntur: praecipue cum jam eru-  
ditionis laude praestantes viri partim ad pias prisorum Patrum frau-  
des isthanc narrationem revocaverint; partim aliud ei miraculo  
tempus locumq; assignaverint; Partim duarum Constantino factarum  
apparitionum alteram tantum, quae soli & dormienti in obsidione Ro-  
ma oblata est, pro vera habuerint, eaque ratione veterum, qui  
magno consensu rem, ut exposui, narraverunt, auctoritatem sive la-  
cesserint, s. everterint. Ceterum unicus Constantini & quidem  
jurati testis apud Eusebium narrationem secutus sum, quam, meo  
quidem iudicio, qui refellere volet fortioribus argumentis & subsi-  
diis, quam haecenus factum est, rem aggredi debet. Nam ut in  
re tanti momenti Imperator pejeraverit, quis sibi persuadere possit.  
Conversionem verò ejus ad fidem Christianam & institutionem novae  
discipline majore tempore opus habuisse par est credi, quam ut omnis  
illa res eo tempore, quo ad Romanae urbis moenia pugnabatur, inter  
tumultus praeliantium peracta sit. Denique quae Juliano  
temporibus cruces apparuerunt, cum isto miraculo à Con-  
stantino certè atque Eusebio confundi non potuerunt. Na-  
zianzenum potius existimaverim, non quòd Juliano tem-  
pore factum, commemorare, sed hoc ipsum, de quo agimus,  
miraculum gentiliū impietati convincenda afferre voluisse,  
utpote quo reliqua, quae, cum à Judaeis templum Hiero-  
solymitanum improbo ausu restitueretur, contigerunt, Socra-  
ti, Sozomeno aliisque narrata, mirificè illustrari confirma-  
rique poterant.

§. XV. Tertius, quem aestimio proleqvor de-  
votissimo & primum pondere ac meritis per omnem  
eruditi-

eruditionem citra ullam judicō adulationem, erit Ma-  
gnificus Dn. D. FECHTIUS, in annotationibus ad  
Summarium historiæ Ecclesiasticæ Adami Rechenber-  
gii & quidem Sec. IV. §. 19. ubi sic commentatur:  
*Ad memorabilia hujus seculi merito refertur crux, Constan-*  
*tino, cum in prælium egredereetur, apparens, quam deinde*  
*Labaro intulit. Testes sunt Eusebius, Philostorgius, Socrates,*  
*Sozomenus & novissimè editus Lactantius de mortibus per-*  
*secutorum, qui officio tum antico constitutus, quid verè ac-*  
*ciderit Constantino, testari omnium optimè poterat. Non-*  
*nulli omnia miracula elevare edocti & hoc signum inter pi-*  
*as fraudes referunt. Quibus merito ipsius Constantini ju-*  
*rata fides apud Eusebium opponitur. Quis credet in retan-*  
*ti momenti Imperatorem pejerasse? Vid. Cl. Obrechtus in*  
*Constantino M. p. 52. seqq. Quod argumentum eadem*  
*majoris nobis hoc loco momenti, quam referentium in cir-*  
*cumstantiis quibusdam, nominatim quando apparuerit, an*  
*mane, an meridie, an vesperi, utrum in visione oculari an in*  
*somno? dissensus esse debet, quanquam ob hunc Jac. Vie-*  
*selius piis fraudibus fabulisque etiam hanc narrationem*  
*accensuerit, nec videatur ab hac sententia alienus esse in do-*  
*ctissima Diss. nupera de Labaro Constantini: Dan. Gvilielmus*  
*Mollerus. Videatur & Cl. Obrechtus Diss. Argentoratè*  
*habita: de Vexillo Imperiali.*

XVI. Antecedaneis hisce evidentè perlustratis  
& clarissimè constantibus, haud dimovemur, etiam si  
Halensium Exc. Polyhist. § IV. sequentia exhibuerit:  
*Non majorem ergò fidem merentur, quæ in*  
*vita Constantini Libr. I. Cap. 23. sequuntur,*  
*etsi ea cum præcedentibus repetat Socrates Lib.*  
*I. Cap. 1. nempe quod CHRISTUS, cum*  
*signo*

signo isto, quod interdum viderat Constantinus, ei in somnis apparuerit, praeceperitque, ut exemplari ad imitationem illius signi fabricato tanquam praesidio in praeliis cum hostibus committendis uteretur. Unde postea (ita pergit Eusebius in vita Libr. I. Cap. 26.) re cum sacerdotibus communicata, cum ab his percepisset, Christum esse, qui ipsi apparuisset, Sacerdotibus sibi tanquam assessoribus adscitis, eum statuisse, DEVM, qui ipsi apparuisset, omni cultus genere venerari. Vid. Arnoldus p. 134. §. 6. l. c. & contra istum Corvinus l. c. §. 42. 43. Vera namque sunt & manent quae supra ventilavimus & Excellentissimus Do. Eisenhart, l. c. G. XI. §. 26. p. 147. optimè scribit: Illud quidem ad mittendum est, plus uni oculato credi, quam decem auritis: Et hoc quoque tolerandum inter historicos qui easdem res eodè ævo scripserunt, plus uni narranti & affirmanti, quam decem tacentibus & silentibus esse deferendum, siquidem unus ille meliorem habuerit occasionem cognoscendæ rei, & alias sit *Speçtata fidei & prudens scriptor*, quibus consentiunt & probata nostra hoc magis stabiliunt, quando l. c. Cap. IX. §. 12. p. 108 & 109. citatus Polyhistor hæc requisivit: Deinde quoque opus est doceri, id quod ab Historico traditum est, ab eo sciri potuisse; idque quia vel in eodem loco, vel in vicinia vixit, ubi res gesta, vel quia relationes eorum, qui iure jurando ad veritatem fidemque adstricti, aliaque documenta publica aut fide digna inspiciendi copiam habuit. Quia inò in factis antiquis libri historiales & Chronica, quibus ab antiquis adhibita fides, habent vim probandi, licet

licet autores eorum narrent non solum per se visa ut Dares  
Phrygius, sed & ea quae acceperant ab aliis dicentibus vel  
scribentibus.

XVII. Abirem & satis evicta sibi met linque-  
rem, sed Cl. Arnoldus de tempore crucis inspectæ  
adhuc habet, quod observari sit necesse, ita enim l. c. § 6.  
p. 134. scribit: In der Lebens-Beschreibung sehet  
Eusebius die Sache gar anders --- nemlich er und die  
ganze Armee habe am hellen Mittage am Himmel  
über der Sonnen ein helles Creuz gesehen mit dieser  
Überschrift: EN ΤΟΤΩ ΝΙΚΑ! In diesen Zei-  
chen wirst du überwinden. Vult ergo, quod  
ipsa meridie am hellen Mittage apparuerit crucis em-  
blema. Sed cum ex provocatione ad observa-  
tiones Halenses præsumam, quod in hisce correctæ.  
Arnoldinam quoque emendare debeant historiam &  
verò earundem vigesima quarta § III. Eusebium sic ex-  
plicet, ut tempore postmeridiano crucis signum viderit  
Constantinus, hinc sufficiant Valesii verba, quando,  
postquam in Annotationibus in Libr. I. Eusebii de vita  
Imperatoris Constantini ejusque Cap. XXIX. differen-  
tientes exhibuerat, adjicit hæcce: ἀποδυῶσα ἡμέρα  
dici non potest, nisi cum dies vergit in vespertum, id est post  
horam diei nonam, ut rectè sumpsit Nicephorus. Quo-  
modo autem id convenire potest cum præcedentibus verbis  
ἀμφὶ τῆς μεσημβρίας &c. Idem enim est, ac si diceret: circa  
meridiem sub vespertam. Dicit fortè aliquis, Eusebium  
his postremis verbis ἀποδυῶσα ἡμέρα significare voluisse  
eam visionem oblatam esse Constantino paulo post me-  
ridiem. Nam sol à cardine meridiano progrediens  
paulatim deinceps in occasum vergit. Verum si Euse-  
bius

D

bis

ita sensit, quid opus erat tot verbis? potuit enim brevius dicere μεσσηρας ἄπὸ τῆς ἡμέρας. Adde quod Eusebius in plurali dixit: ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὥρας, ut appareat illum non horam sextam intelligere, sed totum illud spatium horarum, quod meridiei deputatur, ab hora sc. quinta ad nonam. Proinde in hanc sententiam adducor, visionem illam Constantino oblatam fuisse circa horam diei nonam, dum iter faceret unacum exercitu. Idque planè confirmatur sequentibus verbis. Addit enim Eusebius post visionem obstupescendo Constantino, dum multa secum volvit animo, noctem supervenisse. Ex quo apparet, non multo ante noctem id visum Constantino & militibus apparuisse. Ex his ipsis item sententia Joh. Melelæ & Exc. Becmanni in Notit. Dignit. Illustr. differt. IV. § 2. habebit iudicem, quando volunt, quod in somnum tractus viderit in somnio crucem in cælo, cui inscriptum fuerit: in hoc vince. Vid. Hartnaccius in Historia universali ad Laurenb. Compendium Hist. pag. 385. & 386. ubi hæc more suo acriter refellit.

§. XIX. Ultimum nunc tandem superest, quod Excl. Halensium Polyh. obvertere potuit, & quidem hoc modo: *Hæc pertinent etiam miracula, quæ in præliis Constantini per crucis signum in vexillis pictum, facta fuisse memorat paulo post Eusebius in vita Libr. 2. cap. 7, 8, 9.* Scilicet hæc omnia ostendunt, quanto studio Antistites, jam tum temporis superstitione imbuere populi animos fictis etiam ubi cunque miraculis, laboraverint. Et varias superstitionis species illis temporibus intuitu crucis Christi apud Christianos jam fuisse in usu, notarunt iam alii. Vid. Gessellii Hist. Eccles. pag. 371. Æqualia vibravit tela Cl. Arnoldus l. c. p. 134. §. 6. quæ, tamen  
illisa

illisa sunt per Rever. Dn. Corvinum L. c. p. 242. §. 44.  
Si de Historia crucis ejusdemque supersticiosa venera-  
tione ac adoratione prolixa sectaremur, tunc post reli-  
quos Pontificios Petavius Theolog. Dogm. de incarna-  
tione Libr. 15. C. 7. 8. 9. 10. immensum observando-  
rum cumulum daret, sed cum Exc. observator Gesseli-  
um elegerit testem, quod nempe tempore Constantino va-  
ria superstitiones intuitu crucis Christi jam fuerint in usu,  
vix superest, quid dicam; præterquam hoc forsitan,  
quod & innocentissima detorqueantur: audiatur demum  
testis iste nobis maximè probatus ad verba, quæ sic ci-  
tra ullam immutationem sonant: *Mirabitur forte  
quispiam tam frequentem & publicum signi crucis usum in  
primitiua Ecclesia; sed idem sciat, familiare hoc tum tempo-  
ris fuisse & signo crucis facta saepe miracula, & pulsos demo-  
nes: non quod virtuti signi crucis exhibuerint; & dum in  
nomine Christi crucibus usi sunt, aut se signarunt, opem à  
Christo petierunt, facto crucis signo. Audiamus præter alios  
Cyrillum Hierosolym. Cateches. 13. Non pudeat vos, inquit,  
crucifixum confiteri & in fronte confidenter signaculum cru-  
cis digitis imprimatur, & in panibus comedendis & in po-  
culis bibendis, & in egressu & in ingressu, ante somnum  
recumbendo, & surgendo, eundo & quiescendo, magna hæc  
est custodia: quæ propter pauperes gratis data, sine labore  
propter infirmos, cum à DEO sit hæc gratia & timor De-  
monum: triumphavit enim de illo hoc signo, ostenta illi auda-  
citer: Quando enim viderint crucem, recordantur crucifixi,  
metuunt enim eum, qui contrivit caput Draconis. Hæc  
Cyrillus. Quare Exercit. 1. 3. cap. 23. sic loquitur Casau-  
bonus, Vir prisca Antiquitatis peritissimus; Scimus Ve-  
terem Ecclesiam & in vite communis usu & in ritibus sa-  
ceris, multum usum esse venerabili illo signo, sed ut pia cere-*

monia, quae orationi adiecta animos fidelium ad Christi crucem, & à cruce ad crucifixum, ut loquitur Cyrillus eveberet, non materia alicuius terrena, aut figura, aut gestus affigeret. Hoc sensu sanctissimi & prudentissimi illi Antistites, qui Ecclesia in Anglia in reformationis negotio praesuerunt & in publicis locis passi sunt cruces remanere, & in nonnullis etiam ritibus sacris retinuerunt, ut in baptismo. An ex his verbis Gesselius de temporibus Constantineis credit, quod varia superstitiones intuitu crucis Christi iam fuerint in usu: ego nil minus exinde possum eruere.

§. XIX. Et ipse Gesselius, quando ad A. C. 201. de traditionibus egerat, deque ista, quando ad omnem progressum, aditum, exitum, vestitum &c. frontem crucis signo terimus. Sic eandem exponit: Nos quidem, inquit Casaubonus exercit. 13. cap. 33. in cruce Christi mysterium agnoscimus, quod omnia Mystera longo super intervallo, quare olim omnibus actionibus suis, minimis, maximis, crucis signacula praemittere solent, id enim primis temporibus velut compendium quoddam fuit precum, & pia ceremonia, quae orationi adiecta animas fidelium ad Christi crucem ac passionem eveberet, ut videre licet apud Lactantium Libr. 4. c. 26. & 27. Athanasium Orat. de Incarnatione verbi, & Orat. contra Gentes, Chrysostomum homil. 55. in Matth. Augustinum tract. 118. in Evang. Joh. & sermone 8. de tempore cap. 3. & serm. 19. de sanctis. Hieronymum ad Eustochium &c. Eodem ferè modo de eodem crucis signo loquitur Cyrillus Hierosolym. Cateches. 13. Signo autem isto utere edens, bibens, sedens, cubans, surgens de lecto, loquens, ambulans &c. Causam addit: ut Demones fugiant: Ostentia illis audacter: quando enim viderint crucem, recordantur,

tur, crucifixi, &c. Sed circa illa tempora miraculis ad-  
huc florebat Ecclesia & multa usu signi crucis miran-  
da & perpatrata fuisse ab ipsis prædictis Patribus disci-  
mus. Nam erat in primitiva Ecclesia Symbolum  
ejus fiducia, quam in Christo & cruce & passione ipsius  
Christiani ponebant, ut loquitur Casaubonus loco cit.  
scio patrum nonnullos oratoriè nimis de crucis effica-  
cia locutos, sed quis sanæ mentis omnia ea negare  
audebit, quæ tam multi patres usu signi crucis facta  
narrant? Objiciebant Christianis Pagani, *Deos ipsis esse*  
*infestos*, ut loquitur Arnobius Lib. I. adversus Gentes,  
*quod hominem natum, & (quod personis infame est vilibus)*  
*crucis supplicio interemptum, & Deum fuisse contenderent,*  
*& superesse adhuc crederent & quotidianis supplicati-*  
*bus adorarent;* Ne aut illa mors Christo aut Christianis esset  
infamis, sed gloriosa, infinita per signum crucis fieri vo-  
luit Deus, *ὡς δὲ τὸ θεὸς τῶ ἀυτῆς θανάτου, ut ostende-*  
ret sua mirabilia DEUS, inquit, de cruce Epiphanius:  
Qui suum filium ignominiosæ cruci affigi voluit pro  
salute generis humani, an mirum eundem, ut infamiam  
illam tolleret, per miracula signum crucis ita conde-  
corare & extollere voluisse, ut inde unusquisque prom-  
tius crederet, crucifixum illum esse *Deum manifestatum*  
*in carne, prædicatum in gentibus, assumptum in gloria.*? aut  
postea cum miracula non essent amplius necessaria, ces-  
savit etiam signi crucis illa virtus; &c.

§. XX. Hujus ex Affe successor atque explicator  
omnium fermè, quæ præsens dissertatio dedit, erit Exc.  
Schurzfleischius Disp. LXIII. de primo Christianorum  
Imperatore §. 15. sic autem scribit: *Minor dubitatio est*  
*de Labaro, vexillo Romanorum, quod primus omnium Chri-*  
*stianorum Imp. cruce distinxit Constantinus, eorumque ac-*  
*gressuris præferendum curavit, & hostibus veluti scutum*  
*quoddam*

quoddam objecit. Vid. Euseb. Libr. I. de vita Constant. cap. 31.  
Sozomenus Libr. I. Cap. 4. Neque vero id apud cordatos sus-  
picionem habet, & magno consensu traditur, quod Constanti-  
nus viderit in nubibus signum crucis, ejusque ad effigiem  
à Christo Servatore communitus vexillum adornaverit. Nam  
& permagna Eusebii illorum temporum Constantinoque  
familiaris autoritas est, & aliorum fide dignorum testimonio  
ornatur, adeo ut temeritatis culpa non vacet, quia quis mi-  
raculum omnium fide probatum, nec ab incunabulis Imperii  
Christiani alienum, paulatimque erudiendo & confirmando  
Constantini animo accommodatum, sit praefractè negaturus.  
Audit hoc jure jurando confirmatum ex ore Constantini Eu-  
sebius, nec multum refert, quod profani, atque à literis Chri-  
stianis alieni Scriptores illud ipsum tam insigne miraculum  
taciti praeierint, neque vel de Labaro Constantini aperte  
quicquam consignarint. Eo magis, quod nihil tale tradunt  
istius aevi oratores passim celebres & clari, quorum ingenium  
atque industriam nihil fugiebat, praesertim in eo genere, quod  
ad augendas Constantini laudes pertinebat. Etsi enim sub-  
obscura quaedam vestigia in panegyristis extant, tamen nihil  
usquam occurrit, quod vel crucis vel Labari nomine appella-  
runt. Cujus rei causam aperire haud difficile est, quando memo-  
ria tenet, eos crucem pro nota servilis supplicii habuisse, atque in-  
fra Constantini gloriam duxisse, siquidem religio ipsis erat tria-  
buere Augusto, quod ne liberis quidem hominibus tribuendum puta-  
bant. Christiani autem pro amore, quo Servatorem Christum amplexi  
sunt, crucem in orientis aeque ac occidentis regionibus clarum & ma-  
nifestum rei Christianae indicium esse voluerunt, nec aliter, quam  
verum germanumque depulsa servitutis & instaurata contra divinio-  
ris libertatis signum retinuerunt. Ea de causa Magnentius Tyrannus,  
ejusque frater Decentius, vel sola crucis tessera, cuius religionis es-  
sent, indicarunt. Nam eorum numi crucem, doctrina Christianae Sym-  
bolum, praefecerunt, atque haud dubia prisca pieque vetustatis argu-  
menta

menta praebeant. Quo more deinceps factum est, ut crux in  
litteris tabulisque pingeretur, quippe quam Christiani jam  
antiquissimis temporibus amarunt veneratique sunt, & ex  
inde etiam salutarem nuncuparunt. Non quoniam iis notum esset,  
crucis figuram per se inanem esse ac inutilem, sed quia inscri-  
ptum tenebat salutare Christi nomen, in quo oculos animosque  
omnium Christianorum defixos esse oportet. Eiusdem ordi-  
nis sunt numi cum effigie Labari, & serpente in modum An-  
chorae, & plerique alii, in quibus figura crucis cum piscibus & ad-  
iuncta anchora cernitur, quorum ratio omnis in eo posita est, ut  
denotent spem Christianorum, quae in satisfactione Christi,  
quem serpens pisciculi que designant, fixa locataque est, eo quod  
propter nomen Christi nihil sit, in quo conquiescamus, spemque  
ultimam ponamus. Sed ut maxime de crucis usus consuetudineque  
diutissime valuerunt, tamen nimis credulus sit, qui cum Guidone  
Pancirolo inde ab Apostolis repetat, quippe qui nusquam tale  
signum vel exemplum nobis reliquerunt. V. eius *Thesaurus*  
*var. Lect. Lib. 2. C. 215.* Ego ultra, quam eum Tertulliani patet,  
non progredior, & sicut crucis antiquitates inde auspicor, ita  
labari initia altius duco, Hadriani que temporibus adscribo,  
& quia de cruce supra dixi, in praesens addo, Syphara vexil-  
lorum & Cantabrorum à Tertulliano, qui Septimio Severo im-  
perante floruit, diu ante fuisse prodita, quippe quibus labara  
innuit, quasque stylos crucium describit, ut refellat confundat-  
que non Christianos homines, qui & religioni & ritibus Chri-  
stianorum proterve illudebant, apologeticus Cap. 16. Haud si-  
ne causa, dissentiente quamlibet Dallo, existimes, jam illo tem-  
pore, imagines plerasque etiam ex materia confectas habuisse  
Christianos, vel eo argumento, quia Tertullianus gentes à  
salutari cultu alienas, nec sine risu & ludibrio religioni & ceremo-  
niis Christianorum insultantes perstringit, quod a originem Deo-  
rum à plasticis de cruce inducant, victoriasque adorent, & signa  
vener-

venerentur, contra, quam Christiani facere consueverint, quippe apud quos nullus crucis, simulacrorumque cultus esset, si vel maximè ab iis imago crucis ritusque signandi adhiberentur, loco jam adducto collat. *Libr. de Corona militis cap. 3.* Quare ritus adorandæ crucis sequior est, & superstitione degenerantium temporum inductus, neque in divinis tabulis, quibus verum religiosumque cultum sanxit DEUS, neque in priorum seculorum, quæ de Christi Apostolorumque vestigiis nondum deflexerant, more ex exemplo ullum presidium habet. Nihilò rectiora afferunt, qui σεβάσιον αὐγὸν sic interpretantur, ut ritum adorandi ostendant. Enimverò veneratio, quam σεβάσιον de notat, tantum differt à religioso cultu, quantum divina ab humanis distat. Neque est, cur aliquid de σεβασίῳ ἐπισημασίου συμβόλῳ adjiciam, quandoquidem id nulli idolorum cultui patrocinatur; multo minus huic spectant σεβασμὸς, πρῆ, & si quæ talia sunt, quæ cum vocabulis sacrum Christiane pietatis officium denotantibus paria non faciunt, nec per se id significant, quod divini cultus nomine venit: contra pleraque alia sunt, quæ nemini præterquam vero & æterno Deo tribuuntur. Atque hoc usus pariter & lectio me docent, profusque ita confirmant, ut statuam, verba: λατρεύειν, δαδρεύειν, προσκυνεῖν, ἱεροκυνεῖν in tribus prioribus seculis, quæ Christi Apostolorumque doctrinam studiose retinuerunt, ad nullum aliud, quam ad religiosum cultum adhiberi. Cetera secula, ut à pietate pristina, & simplicitate moris antiqui, ita etiam à prisco usu saepe recesserunt, quod tamen huic causæ non officit neque divino cultui potest esse fraudi. Tantum hac vice.

S. D. G.



**D**Wey Zeilen schreibe ich / und wünsche tau-  
send Wonne/  
Du bist den Lastern feind / und edler Tugend  
hold /  
Es sucht dein muntre Geist der Wissenschaff-  
ten Gold:  
Drum sey der Seegens Gott dein Schild / und  
helle Sonne.  
Bemühen verbleibe mit Hoffnung  
verbunden/  
Bishesten die Mühe den Haffen ge-  
funden.

Mit diesen paar Worten wolte die sonderbahre Erge-  
benheit gegen seinen wehrgeschätzten Freund /  
und fleißigen Auditorem zu Tage legen / und  
anbey alles selbstgedultliche Vergnügen von  
Herzen anwünschen.

M. HERM. CHRISTOPH. Engelsen-



**D**ie Tugend schläffet nicht / sie bleibet nicht ver-  
borgen /  
Und der so Künste liebt legt solches auch am Tag /  
Er zeigt womit er sich denckt künfftig zu versorgen /  
Damit ihm Fleiß und Müh niemahls gerenden  
mag;

Und

Und eben dieses will Herr Suhr uns allen zeigen  
Da Er mit höchstem Ruhm antizo disputir't  
Ich wünsch dazu Glück; Gott laß es woll gedeien/  
Und gebe daß Er bald mit Ehren sey gezier't!

Dieses sey aus wohlmeinenden Gemüht dem Hn.  
Respondenti zu Ehren dessen beharrlicher Freund  
und jetziger Opponens

HENRICUS Lange  
SS. Th. St. Rost.



**P**ublica *SUHRIADES*, dum Scandis pulpita, *Magno*  
De *Constantino* fundere verba paras,  
Quem, crucis insigni liquido super æthere viso,  
Christicolis nomen dedere non puduit,  
Gratulor id circò *Tibi* de conamine docto,  
Vocibus adjiciens candida vota meis!  
*Te* beet omnipotens rerum moderator *Jovab*,  
Inceptisq; addat prospera fata *Tuis*.  
In decus ut Patriæ vergant, laudemq; *Tuorum*,  
Donaq; præclarò digna labore terant.

*His paucis laudatissimis* Clarissimi Dni. Respon-  
dentis, *Amici sui lectissimi*, conatibus applaudere  
voluit & Opponens

PETRUS ROSERUS. Gedanenf.  
SS. Theol. Stud.



Ad  
Præstantiff. DN. RESP.

# SAURIUM,

Rhenensem Mekelburg.

De CONSTANTINO M. Disputaturum.

**I**nfitus en nuper viridis flos, SAURE, Roseto,  
Mox Specimen nostris \* inseris ipse rosis.  
Infutio fuit apta; sit hæc insertio felix:  
Sint Constantini signa secunda Tibi!

\* Renensis:  
Inferens.

LMQ!

A. D. HABICHHORST, D.



**D**E primo pia verba facis dum Cæsare, SUHRI,  
Qvi Christi amplexus dogmata sacra fuit,  
Cœlitus oblato qvi vicerat omine turbam  
Hostilem, ponens fixa tropæa DEO;  
Ut Tibi contingat similis victoria; quando  
Pro Christo aggredieris prælia sancta, precor.

*Cl. Dn. RESPONENTI uberrimos ex laudatissimo  
specimine studiorum successus, mihi quoq; in pri-  
vatis scholis meis probatos, enixè adprecor*

JO. FECHT. D. P. P.

Consist. Ass. & Superint.


**T**U *Constantinum* repetis divinitus actum,  
Quem Lux e caelo, quæ facienda, docet;  
Ast simul ipse pio sumis de Lumine Lumen;  
Cum Duce præcipuo qui super astra volas.  
*Cæsara* nunc constans *Constantem* imitare precando,  
Et Tibi, *mi Suri*, coelica dona pete:  
Ille DEO parens signo stat Victor in illo,  
In signo simili Tu quoque Victor eris!

Appl. & gratul.

**JOH. PETR. Brünnenberg /**  
S. Th. D. & P.P. Consil. Consist. & Distr.  
Mekelnb. Superint.

**E**h bin vergnügt mein Freund / Ihn neherer zu ken-  
nen /  
Da Er mein Hauß zur Ruh und Wohnung außer-  
wehlt /  
Sürans da in Ihm stets so liebe Flammen brennen  
Die man nicht ohne Grund den Sternen zugezehlt;  
Zwar scheint sich dis Wort Ihn ins Gesicht zu rühmen /  
Doch da die Wahrheit kan in voller Probe stehn  
So gläub ich / wird es mir um so viel mehr geziemen  
Zu zeugen / wie sein Fleiß sich habe lassen sehn:  
Sein Herze fürchtet GOTT / die Sitten sind gewehnet  
Der Mund bleibt angenehm / die Medliakeit ist lieb  
Was Wunder / wem den Weg die Tugend hat gebehnet  
Daß dem auch dies zum Ruhm die Wahrheit selbst  
schrieb  
**PRÆSES,**









Ad  
Præstantiff. DN. RESP.

# SAURIUM,

Rhenensem Mekelburg.

De CONSTANTINO M. Disputaturum.

**I**nfitus en nuper viridis flos, SAURE, Roseto,  
Mox Specimen nostris \* inferis ipse rosis.  
Infutio fuit apta; sit hæc insertio felix:  
Sint Constantini signa secunda Tibi!

\* Renensis;  
Inferens.

LMQI

A. D. HABICHHORST,

**D**E primo pia verba facis dum Cæsare, SUHRI,  
Qvi Christi amplexus dogmata sacra fuit,  
Cœlitus oblato qvi vicerat omine turbam  
Hostilem, ponens fixa tropæa DEO;  
Ut Tibi contingat similis victoria; quando  
Pro Christo aggredieris prælia sancta, precor?

*Ch. Dn. RESPONDENTI uberrimos ex laudat  
specimine studiorum successus, mihi quoq; in  
vatis scholis meis probatos, enixè adprecor*

JO. FECHT. D. P.

Consist. Alt. & Superint.

